

## SYMBOLUM ATHANASIANUM

**Antiphona.** Gloria tibi, Trinitas aequalis, una Deitas, et ante omnia saecula, et nunc, et in perpetuum. (T. P. Alleluia).

**1.** Quicumque vult salvus esse, \* ante omnia opus est, ut teneat catholicam fidem.

**2.** Quam nisi quisque integram inviolatamque servaverit, \* absque dubio in aeternum peribit.

**3.** Fides autem catholica haec est: \* ut unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in unitate veneremur.

**4.** Neque confundentes personas,\* neque substantiam separantes.

**5.** Alia est enim persona Patris, alia Filii, \* alia Spiritus Sancti.

**6.** Sed Patris, et Filii, et Spiritus Sancti una est divinitas, \* aequalis gloria, coaeterna maiestas.

**7.** Qualis Pater, talis Filius,\* talis Spiritus Sanctus.

**8.** Increatus, Pater, increatus Filius, increatus Spiritus Sanctus.

**9.** Immensus Pater, immensus Filius, \* immensus Spiritus Sanctus.

**10.** Aeternus Pater, aeternus Filius, aeternus Spiritus Sanctus.

**11.** Et tamen non tres aeterni, \* sed unus aeternus.

**12. Sicut non tres increati, nec tres immensi, \* sed unus increatus, et unus immensus.**

**13. Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, \* omnipotens Spiritus Sanctus.**

**14. Et tamen non tres omnipotentes, \* sed unus omnipotens.**

**15. Ita Deus Pater, Deus Filius, \* Deus Spiritus Sanctus.**

**16. Et tamen non tres Dii, \* sed unus est Deus.**

**17. Ita Dominus Pater, Dominus Filius, \* Dominus Spiritus Sanctus.**

**18. Et tamen non tres Domini, \* sed unus est Dominus.**

**19. Quia, sicut singillatim unamquamque personam Deum ac Dominum confiteri christiana veritate compellimur: \* ita tres Deos aut Dominos dicere catholica religione prohibemur.**

**20. Pater a nullo est factus: \* nec creatus, nec genitus.**

**21. Filius a Patre solo est: \* non factus, nec creatus, sed genitus.**

**22. Spiritus Sanctus a Patre et Filio: \* non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.**

**23. Unus ergo Pater, non tres Patres: unus Filius, non tres Filii: \* unus Spiritus Sanctus, non tres Spiritus Sancti.**

**24. Et in hac Trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus: \* sed totae tres personae coaeternae sibi sunt et coaequales.**

**25.** Ita ut per omnia, sicut iam supra dictum est, \* et unitas in Trinitate, et Trinitas in unitate veneranda sit.

**26.** Qui vult ergo salvus esse, \* ita de Trinitate sentiat.

**27.** Sed necessarium est ad aeternam salutem, \* ut Incarnationem quoque Domini nostri Iesu Christi fideliter credat.

**28.** Est ergo fides recta ut credamus et confiteamur, \* quia Dominus noster Iesus Christus, Dei Filius, Deus et homo est.

**29.** Deus est ex substantia Patris ante saecula genitus: \* et homo est ex substantia matris in saeculo natus.

**30.** Perfectus Deus, perfectus homo: \* ex anima rationali et humana carne subsistens.

**31.** Aequalis Patri secundum divinitatem: \* minor Patre secundum humanitatem.

**32.** Qui, licet Deus sit et homo,\* non duo tamen, sed unus est Christus.

**33.** Unus autem non conversione Divinitatis in carnem, \* sed assumptione humanitatis in Deum.

**34.** Unus omnino, non confusione substantiae, \* sed unitate personae.

**35.** Nam sicut anima rationalis et caro unus est homo: \* ita Deus et homo unus est Christus.

**36.** Qui passus est pro salute nostra: descendit ad inferos:

**\* tertia die resurrexit a mortuis.**

**37. Ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: \* inde venturus est iudicare vivos et mortuos.**

**38. Ad cuius adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis: \* et reddituri sunt de factis propriis rationem.**

**39. Et qui bona egerunt ibunt in vitam aeternam: \* qui vero mala, in ignem aeternum.**

**40. Haec est fides catholica, \* quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.**

**Gloria Patri...**

**Ant. Gloria tibi, Trinitas aequalis, una Deitas, et ante omnia saecula, et nunc, et in perpetuum. (T. P. Alleluia).**

**V. Domine, exaudi orationem meam.**

**R. Et clamor meus ad te veniat.**

**(Sacerdotes addunt:)**

**V. Dominus vobiscum.**

**R. Et cum spiritu tuo.**

**Oremus.**

**Omnipotens sempiternae Deus qui dedisti famulis tuis, in confessione verae fidei, aeternae Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia maiestatis adorare unitatem: quaesumus, ut, eiusdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniamur adversis. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.**

**Amen.**

## SIMBOLLO ATANASIANO

**Antífona:** Gloria a Ti, Trinidad igual, única Deidad, antes de todos los siglos, ahora, y por siempre. (T.P. Aleluya).

- 1.** Todo aquél que quiera salvarse, antes que nada es necesario que tenga la fe católica.
- 2.** Si alguien no conserva esa fe íntegra e inalterada, sin duda alguna perecerá para la eternidad.
- 3.** Esta es la fe católica: que veneremos a un solo Dios en una Trinidad y a la Trinidad en la unidad.
- 4.** Sin confundir las personas y sin separar la sustancia.
- 5.** Una es la persona del Padre, otra la del Hijo, otra la del Espíritu Santo.
- 6.** Pero una misma es la divinidad del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo, igual es la gloria de los tres, coeterna es la majestad.
- 7.** Cual es el Padre, tal es el Hijo, tal el Espíritu Santo.
- 8.** Increado el Padre, increado el Hijo, increado el Espíritu Santo.
- 9.** Inmenso el Padre, inmenso el Hijo, inmenso el Espíritu Santo.
- 10.** Eterno el Padre, eterno el Hijo, eterno el Espíritu Santo.
- 11.** Y, sin embargo, no son tres eternos, sino un solo eterno.

**12.** Igual que no son tres increados, ni tres inmensos, sino un solo increado y un solo inmenso.

**13.** Del mismo modo es todopoderoso el Padre, todo poderoso el Hijo, todopoderoso el Espíritu Santo.

**14.** Y, sin embargo, no son tres todopoderosos, sino un solo todopoderoso.

**15.** Igualmente, el Padre es Dios, el Hijo es Dios, el Espíritu Santo es Dios.

**16.** Y, sin embargo, no son tres Dioses, sino un solo Dios.

**17.** Igualmente, el Padre es Señor, el Hijo es Señor, el Espíritu Santo es Señor.

**18.** Y, sin embargo, no son tres Señores, sino un solo Señor.

**19.** Porque, así como la fe cristiana nos impulsa a confesar como Dios y Señor a cada persona por separado, también la religión católica nos prohíbe decir que son tres Dioses o Señores.

**20.** El Padre no ha sido hecho por nadie, ni creado, ni engendrado.

**21.** El Hijo es sólo del Padre, no es hecho, ni creado, sino engendrado.

**22.** El Espíritu Santo es del Padre y del Hijo, no es hecho, ni creado, ni engendrado, sino procedente.

**23.** Así, pues, hay un solo Padre, no tres Padres; un solo Hijo, no tres Hijos; un solo Espíritu Santo, no tres Espíritus Santos.

**24.** Y en esta Trinidad no hay nada anterior o posterior, nada mayor o menor, sino que las tres personas son coeternas e iguales entre sí.

**25.** De manera que a través de todas las cosas, como queda dicho, se ha de venerar la unidad en la Trinidad y la Trinidad en la unidad.

**26.** Por lo tanto, quien quiera salvarse, así debe entender la Trinidad.

**27.** Pero es necesario para la salvación eterna, que también crea fielmente en la Encarnación de nuestro Señor Jesucristo.

**28.** La fe recta es, pues, que creamos y confesemos que nuestro Señor Jesucristo, Hijo de Dios, es Dios y hombre.

**29.** Es Dios engendrado antes de los siglos de la sustancia del Padre, y es hombre nacido en el tiempo de la sustancia de una madre.

**30.** Perfecto Dios, perfecto hombre; de alma racional, y subsistiendo en carne humana.

**31.** Igual al Padre según la Divinidad, menor que el Padre según la humanidad.

**32.** El cual, aunque sea Dios y hombre, no son dos, sino que es un solo Cristo.

**33.** Es uno solo, pero no por conversión de la Divinidad en carne, sino por la asunción de la humanidad en Dios.

**34.** Absolutamente uno solo, no por confusión de la

sustancia, sino por la unidad de la persona.

**35.** Pues igual que el alma racional y la carne es un solo hombre, así Dios y hombre es un solo Cristo.

**36.** Que padeció por nuestra salvación, descendió a los infiernos, al tercer día resucitó de entre los muertos.

**37.** Ascendió a los cielos, está sentado a la diestra de Dios Padre todopoderoso, desde allí ha de venir a juzgar a los vivos y a los muertos.

**38.** A su venida, todos los hombres han de resucitar con sus propios cuerpos, y han de rendir cuentas de sus propias acciones.

**39.** Y quienes obraron el bien irán a la vida eterna, pero **quienes obraron el mal, al fuego eterno.**

**40.** Esta es la fe católica, y si alguien no lo cree con fidelidad y firmeza, no podrá salvarse.

**Gloria al Padre...**

**Ant.** Gloria a Ti, Trinidad igual, única, Deidad, antes de todos los siglos, ahora, y por siempre. (T. P. Aleluya).

**V.** Señor, escucha mi oración.

**R.** Y llegue a Ti mi clamor.

(Los sacerdotes añaden:)

**V.** El señor esté con vosotros.

**R.** Y con tu espíritu.



**Oración:** Omnipotente y sempiterno Dios, que en la confesión de la Fe verdadera has concedido a tus siervos reconocer la gloria de la Trinidad eterna y adorar la Unidad en el poderío de la majestad: te pedimos que, por la firmeza de nuestra Fe, nos veamos siempre libres de toda adversidad. Por nuestro Señor Jesucristo tu Hijo, que siendo Dios vive y reina contigo en la unidad del Espíritu Santo, por los siglos de los siglos. **Amén.**